

Johann Bacmeister

Rector Academiae Rostochiensis, Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac Professor. Ad exequias funebres ... Viri, Dn. Jonae Richteri Ecclesiastis ad D. Petrum fidelissimi. quae Hodie hora media prima a moestissimo Patre ipsi parabuntur. Omnes omnium ordinum cives Academicos officiose & amanter invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1629


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777048>


Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.
in
J. Richter.
Rostock, 1629.

44





151
RECTOR
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. Doctor ac Professor.

Ad
exequias funebres

REVERENDI ET DOCTISSIMI VIRI,
DN. JONÆ RICHTERI,
Ecclesiastis ad D. Petrum
delissimi.

que
Hodie hora media prima à maestissimo Patre
ipsi parabuntur.



Omnes omnium ordinum cives Aca-
demicos officiosè & amanter invitatur,



ROSTOCHI
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.
ANNO MDLXXIX.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. Doct. ac Professor.



*Maximum ira divina indicium est, & procul dubio haud contemnendum protendit malum, quando fideles verbi divini ministri, paulatim à mortalium numero eximuntur, & à summo omnium rerum moderatore Deo opt. max. è statione sua avocantur. Non possumus igitur non, sine summo animi dolore, deplorare, miserum hujus nostræ Ecclesiæ statum, dum brevi temporis spatio, & quidem intra unius anni quadrantem, duos viros Reverendæ dignitate & eruditione præstantes, vince Christi operarios fidelissimos, Dn. M. ANDREAM DUNCKERUM, & M. JOHANNEM STUBBEUM, amisimus, quos nunc, prob dolor, nimis præproperè insecutus est vir Reverendus & doctissimus, Dn. JONAS RICHTERUS, templi apud nos Petri Ecclesiastes, vigilantissimus longiori
vita*

152

vita dignissimus. Quid a. nobis tot fidelium mini-
strorum tam parvo temporis intervallo interitus
portendat, ille novit, qui omnia nutu ac consilio suo
disponit, facit homines mori & dicit: revertimini
filij hominum, ut Psalmi verbis utar, nec te-
mere quicquam agit, sed justissimo judicio, si-
ve ad pœnam sive ad salutem publicam. Et si enim
cum illis benè actū esse ex revelatione verbi divini
scimus, qui servantes sermonem Domini, & in-
eum firmiter credentes, moriuntur; tamen plerunq;
insignium virorum, quorum in Ecclesia, Scholis ac
Republ. magnus usus fuit, obitus, mutationes insi-
gnes & periculosas adferre solent, quod & sacra-
litera testantur, & proverbium vulgò notum, ex
ipsa experientia desumptam: Omnis subita mu-
tatio periculosa. Sed quia simul promisit filius Dei,
se Ecclesie sue, & omnibus piis oetibus adfuturum
omnibus diebus usq; ad consummationem seculi, nos
quoq; certò statuamus, mansuram esse aliquam
Ecclesiam & scholas illi conjunctas quæ sunt ejus
seminaria & viridaria, ex quibus subinde enascantur
Doctores in omni genere doctrinarum saluta-
res, etiam inter ipsas Imperiorum concussiones ac
ruinas, motus ac turbas urbium & populorum, varias
omnium ordinū mutationes & multiplices pœnas ge-
neris humani, quæ omnia in hac effoeta mundi gene-

Ha graviora ac tristiora fore filius Dei praedixit.
Firmissima hac consolatione confirmati, nostras
quoq; clades & damna feramus moderatius, nec
dubitemus, Deum, qui cumulatè facere potest ultra
omnia quae petimus aut cogitamus, alios Ecclesiae no-
stros suo tempore largiturum doctores & ministros,
qui vestigiis defunctorum laudabiliter insistant
grata Deo ac salutaria Ecclesiae dicendo, docendo
& faciendo, & horum fide studio ac industria
Ecclesiam hanc suam in puritate & sinceritate
diutius benignè conservaturum: quod merito ex
animo rogemus & precamur. Porro quod ad
Dn. JONAM RICHTERUM, piè defunctum attinet
natus is fuit hic Rostochij die 8. Junij, patre civi
primario CASPARO RICHTERO, matre SARA KOLZO-
WEN / ex primaria KOLTZOVIORUM apud, nos fami-
lia oriunda. Per hoc conjugum, quam diu ipsis,
ex divino beneplacito, in hac vita unà esse licuit,
mirum quanto in amore, ac concordia tranquillitate
vixerit, iboriq; pignora carissima acceperit & cum
summa voluptate viderit: nimirum piè defunctum
nostrum Dn. JONAM, MARGARETAM in infantili
etate denatam, SARAM, ANDREAE OLDERMANNO,
Clarissimi & Experientiss. viri Dn. D. BERNHARDI
OLDERMANNI, Medici celeberrimi, Serenissime
REGINAE DANIAE viduae, & Illustrissimi Holsatiae
ducis

153
ducis archiatri, fratri nuptiam; & SOPHIAM ad-
huc per Dei gratiam superstitem. Defuncto autem
piè demortui parente, mater jam dicta, ad secunda
transiit vota & primario civi JOHANNI SCHRODERO,
cui etiamnum, in pacato cohabitavit conjugio, ma-
trimonio juncta fuit, ex quo iidem duos suscepit li-
beros, defuncti nostri sororem & fratrem uterinos,
ISABEN & MARTINUM, qui jam sunt *in aetate*.
Avum paternum habuit sibi *оправу пою* JOHANNEM RICH-
TERUM, praefecturatum Dobberanensis, & Son-
nenkampensis, quam hodie Newentloster vocant,
archimagyrum fidelissimum; aviam verò matro-
nam honestissimam AGNETAM PASELICAM, ex nobi-
lissima PASELICORUM familia, quae in vicina Rugia
floruit hactenus & etiamnum floret, progenitā, cu-
jus fratres viri fuerunt praestantissimi, & in magnis
dignitatibus constituti, Dn. CASPARUS J. U. Li-
centiatus orator praestantissimus & politicus ac hi-
storicus eximius trium Daniae Regum Christiani 3.
Friderici 2. & Christiani 4. Consiliarius eminent-
tissimus, BALTHASARUS AUGUSTO Electori
Saxoniae à secretis: MELCHIOR equitum ductor for-
tissimus & WILICHIIUS hujus Reipubl. quondam
Senator prudentissimus. Avum maternum agno-
vit PAULUM KOLTZOVIIUM civem primarium, aviam
CATHARINAM RADENICIAM, matronam optimam.
Ex tam honestis & praclaris parentibus piè defun-

Etus noster prognatus; ingenij felicitate & bonitate
ad optima quaeq; praesertim ad studia propensus, à
parentibus suis optimorum praeceptorum institutio-
ni, in Scholis trivialibus tum hic Rostochij, tum Lu-
becka & Stralesundij fuit commissus, sub quibus
usq; adeo profecit, ut iactis primis bonarum artium
& litterarum fundamentis; ad Scholas Regias seu
Academias, Consilio & suasu suorum, ad bene ce-
ptorum studiorum continuationem se conferret. Pri-
mum igitur in hac nostra Rhodopolitana Acade-
mia, aliquandiu substitit & philosophiae studio dili-
gentem navavit operam, ut postea ad SS. Theolo-
giam accessurus, eo esset instructor: Hinc Regio-
montem Borussiae se contulit, inde Ienam. In his
Academiis tempus non ignavo contrivit otio, sed
professores in iis docentes sedulo & attentè au-
diendo, eorumq; progressus est, ut non tantum in in-
timiore familiaritate eorundem, imprimis vero
Dn. D. GERHARDI, JENENSIS Theologi primarij &
celeberrimi, uti ex scriptis ipsius compluribus in lu-
cem editis constat, cujus contubernio & convictu
aliquandiu usus est, perveniret, Sed eorundem et-
jam consilio, in concionibus ad populum habendis
se se diligenter exerceret. In publicis quoq; & priva-
tis disputationibus, tale eruditionis suae specimen
edidit, ut praecellam de se expectationem, fore ut
aliquando Ecclesiae Dei utiliter praeset, excitaret.
Interea

157
Interea alias etiam Germaniæ Academiæ videndi
desiderio incensus, Lipsiam, Witebergam, Er-
phurdiam, Altorphium, Ingolstadium, Basi-
leam, Argentinam, Tubingam, Heidelbergam,
Coloniam, Marpurgum adiit & perlustravit,
simulq; sese in Celeberrimorum ac præstantissimo-
rum virorum, istis in locis viventium, notitiam &
amicitiam insinuavit, utpote DD. Theologia
Clarissimorum D. Meyfarti Coburgensis Gymna-
sij Casimiriani inspectoris; Thummij Tubinga;
Ewrbornij Marpurgi; M. Piggelij Norber-
ge Pastoris primarij; Conradi Theodorici Ul-
ma; Joannis Theodorici Giese; Augusta Vin-
delicorum, M. Meiderlini Collegij Evangelici
inspectoris clarissimi; Johannis Smidij Argen-
tina; D. Titelbachij Francofurti, D. Zæemanno
Campidoni; M. Tholdij Spira; Hemmingij Ra-
tisbona; Herbrandi Stutgardia, aliorumq; complu-
rium, qui propter diversas commendationes à diver-
sis ipsi communicatas, humaniter ipsum cum comite
quem habuit itineris Dn. Matthia v. Lohes excepe-
runt & habuerunt ac interdum, uti nobis relatum
amicas litteras cum ipso contulerunt. Peracta a hac
peregrinatione Jenam reversus est, undè ex singu-
lari Dei providentia ab amplissimo hujus urbis Se-
natus, consentientibus illis quorum interest revoca-
tus ad Diaconatum, in templo D. Petro dicato, vacantem, legi-
time vocatus, examine usitato approbatus, ab Illustrissimo
punci-

principe confirmatus, ordinatus & pro more solemniter intro-
ductus est in profesto D. Joannis Baptista, ut postridie statim
demandatum sibi in ista Ecclesia docendi officium suscipere,
quod & factum. Ab illo tempore qualem se gesserit & ovibus sibi
commisissis præfuerit, nostrum non est prolixius dicere, sed no-
runt omnes qui virum noverunt, præsertim illi quos assiduos ha-
buit auditores, qui tam brevi tempore pastorem hunc suum sibi
ereptum animum dolent. Eam n. omnibus fidei suæ commissis
opram præstitit indefessam, ut nemo sit qui hac parte quicquam
in ipso desiderare potuisset, præsertim periculoso hoc tempore,
lue pestilenti passim grassante, undè illud consecutus est, quod in
moneris quibusdam cudi videmus, Alijs inserviando cõsumor.
Anima advertit n. antè aliquot septimanas se ex frequentioribus
egrorum visitationibus habere aliquantò incommodius, quod
tamen se facile, ætate & virium robore fretus, superaturum spe-
rabat; sed frustra. Delitescens n. intrinsecus malum tandem vi-
res exerens lecto ad 3. hujus mensis diem ipsum affixit, tantoq;
impetu & Symptomatum vehementia ipsum concussit, ut tandem
9. ejusdem circa septimam vespertinam, inter pias preces & suspi-
ria præmunitus antè sacrosancto corporis ac sanguinis Christi
viatico, magno cum matris mæstissimæ, suorum & auditorum lu-
ctu ac desiderio, ex militanti hac Ecclesia, in cœlestem & trium-
phantem translatus, de pelago ad littus, de exilio ad patriam,
de Carcere ad Palatium perveniret, ubi illa jam adeptus est, quæ
per multas tribulationes hic quæsit & jam felici jucunditate
letatur in perpetuum. Funus a. fiet ~~non~~ huic nostro hodie
hora med. prima in templo D. Petro sacro, ad cujus ceremonias
cohortandas, ut Dn. Professores, Doctores, Concionatores, Ma-
gistri, ac studiosi adolecentes, Academiæ nostræ jurisdictionem
agnoscentes, dicta hora & loco frequentes conveniant & exequias
eant, se suosq; Deo pijs precib; commendantes, officiosè & aman-
ter rogamus & hortamur. P. P. sub sigillo Rectoratus 12. Aug.
Anno cl. 13 CXXIX.

GK

ducis archiatri, fratri nuptam; & S
huc per Dei gratiam superstitem. Desu-
piè demortui parente, mater jam dicta
transiit vota & primario civi JOANNI
cui etiamnum, in pacato cohabitavit
trimonio juncta fuit, ex quo iidem do-
beros, defuncti nostri sororem & frat-
ELSA BEN & MARTINUM, qui jam
Avum paternum habuit sibi ^{ὁ πατρὸς πατὴρ}
TERUM, praefecturarum Dobberanen-
nenkampensis, quam hodie Newentel-
archymagyrum fidelissimum; aviam
nam honestissimam AGNETAM PASEL-
licissima PASELICORUM familia, quae in-
floruit hactenus & etiamnum floret,
jus fratres viri fuerunt praestantissimi
dignitatibus constituti, Dn. Caspa-
centiatus orator praestantissimus & p-
storicus eximius trium Daniae Regum
Friderici 2. & Christiani 4. Consilia-
tissimus, BALTHASARUS AUGU-
Saxoniae à secretis: MELCHIOR equita-
tissimus & WILICHIIUS hujus Reip-
Senator prudentissimus. Avum ma-
vit PAULUM KOLTZOVIIUM civem prim-
CATHARINAM RADENICIAM, matron-
Ex tam honestis & praeclaris parenti-

A 3

